

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Schedae quae Festi fragmento De tractæ apud Pomponium Lætum  
extabant

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)



SCHEDAE QVAE FESTI  
FRAGMENTO DETRACTÆ APVD  
POMPONIVM LÆTVM EX-

T A B A N T.

Ex bibliotheca Fulvii Vrsini.

pag. 167

M

¶ Manubiæ Iouis tres creduntur esse, quarum vna sint minimæ, quæ moneant placatæq. sint. Alteræ quæ maiores sunt, ac veniant cum fragore, discurtiantque aut diuellant quæ a Ioue sint, & consilio deorum miti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant: & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeant, quæ aut adurant, aut fuligine deformant, aut accendant, quæ statum mutant deorum consilio superiorum. ¶ Manias Aelius Stilo dicit ficta quæ ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alij maniolas appellent. Manias autem, quas nutrices minitentur paruulis pueris esse larvas, id est manes deos deasq., qui aut ab inferis ad superos manant, aut Mania est eorum aua materna. sunt enim vtriusq. opinionis auctores. ¶ Mamercus prænomen Oscum est, ab eo q. hi Martem Mamertem appellant. ¶ Mamiliorum familia progenita sit a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreauit, quando id oppidum ipse condidisset. ¶ Mantare, sæpe manere. Caccilius in Epistola. Iam ne adeo manta. iam hoc vide, cæcus animum . . . aduentus angit. ¶ Manticularum vsus pauperibus in nummis recondendis, et nostro sæculo fuit. Vnde manticulari dicebantur, qui firandi gratia manticulas atrectabant. Inde poetæ pro dolose quid agendo vsi sunt eo verbo. Pacuuius. Ad manticulandum astu aggreditur. scit enim quid promeruerit, modici manticulatur. . . Ita me facti oppressi iugo. Item deinde. Aggrediar astu regem: manticulatur.

(1 quodam 2 fuit 3 al ore)

pag. 168

dum est mihi. et. Machinam ordiris nouam manticula & tactu, an sanctiora dicis iureiuranda. Plautus hoc significare videtur, quibus quotidie parua noxæ extergeantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas vsus fuit mantelorum. ¶ Moeson persona comica appellatur, aut ioci, aut naute, aut eius generis. dici ab inuentore eius Moesone comædo (vt) ait Aristophanes Grammaticus.

¶ Maeniana appellata sunt a Maenio censore primus in Foro vltra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula. ¶ Maior Græcia dicta est Italia, q. eam Siculi quondam obtinuerunt: vel q. multa magnaq. ciuitates in ea fuerunt ex Græcia profectæ. ¶ Maius mensis in compluribus ciuitatibus Latinis ante urbem conditam fuisse videtur. qua ex causa vtrum a maioribus, vt Iunius a iunioribus dictus sit: an a Maia, q. Mercurio filio eius res diuinæ fiant solemnes: an q. ipsi deæ in multis Latinis ciuitatibus sacrificia fiebant. . . . ¶ Monstrum vt Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum. Item Sinius Capito, quod monstret futurum, & moneat voluntatem deorum. quod etiam ¶ prodigium, velut prædictum & quasi prædictum, q. prædicat eadem, & ¶ portentum, q. portendat; & significet. inde dici apparet id quartum, quod mihi visum est adiciendum, præsertim cum ex eadem significatione pendeat, & in promptu sit omnibus id est ¶ ostentum: quod item ab ostendendo dictum est apud auctores: qui monent histriones in scena, sed etiam vbi adiciuntur commentarij. ¶ Monile dictum est ornatus mulieris: qualem habuisse Bri-

[1 manticula 2 a ipso mense 3 prædictum]

pag. 169

phylam fabulæ ferunt. ex eo etiam equis præpendes a collo ornamentum, monile appellant. ¶ Molucrum non solum quomolæ teruntur dicitur, id quod græci μύλιον appellat, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet; cuius meminit Afranius in Virgine. Ferme virgini, tanquam grauida mulieri vterus, molucrum vocatur, transit sine doloribus. Cloatius etiam in libris sacerorum, molucrum esse aiunt ligneum quoddam quadratum, vbi immolatur. Idem Aelius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat vbi molatur. ¶ Mola etiam vocatur far tostum, & sale sparsum: q. eo molito, hostiæ aspergantur. molas auias inepte quidam dictas putant. ¶ Mundus etiam mulieris . . . .

potest. Accius. Cum virginali mundo clam patre. Ennius. Idem loco nauibus celsis munda facie, atq. etiam ære Cereris. Qui mundus appellatur, qui ter in anno solet parere. iij. kal. Sep. & iij. Non. Octobr. & iij. id. Nouemb. Qui (vel omni dictus est, quod terra mouetur. ¶ Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano anteq̄ percoquatur, decidit in carbones, cineremq. cuius meminit Lucilius. Pristicem valida si nummi suppeditabunt, addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnis. ¶ Municeps est, vt ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Itē qui in municipio ex seruitute se liberauit a municepe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatib. Romā venissent, quib. non licebat magistratū capere, sed

[1 al. ueruntur al. ueruntur 2 al. Aelius 3 Quin 4 id omne 5 validam]

pag. 170

tantum muneris partem. At Seruilius aiebat initio fuisse, qui ea conditione ciues Ro. fuissent, vt semper reimp. separatim a populo Ro. haberent, Cumanos, Accerranos, Atellanos, qui æque ciues Ro. erant & in legione merebant, sed dignitates non capiebant. ¶ Mutas, quasi e litteris appellatas quidam putant, quod positæ in vltimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem.

quidam q̄ parua, exiguaq; sint vocis, vt quando mutum oratorem, aut tragoedum dicimus. Mutam Osce dici putat poenam quidam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in l. l. quaestionum Epist. refert. ¶ Mulleos genus calceorum aiunt esse; quibus reges Albanorum primi, deinde patricij sunt vsi. M. Cato originum li. vij. Qui magistratum Curulem cepisset (calceos) mulleos allutaciniatos ceteri perones. Item Titinius in Seriana & iam cum nulleis te ostendisti, quos tibiatis in calceos. quos putant a mullando dictos. i. suendo. ¶ Multifariam dixerunt antiqui, videlicet, quod in multis locis dari poterat. ¶ Manius Egeri . . . Nemorensem Dianæ consecrauit, a quo mulci, & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. vnde & prouerbium. Multi Mani Ariciae. Sinius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes & deformes, significari, quia Maniæ dicuntur deformes personæ. & Ariciae genus panni fieri; quod manici appellatur. ¶ Moene singulariter dixit Ennius. Apud emporium in campo hostium pro moene. ¶ Mutire, loqui. Ennius in Telepho. Palam mutire plebeio piaculum est. ¶ Moenia, muri, & cetera muniendæ vrbis gratia

[1 al. Ser. filius 2 quasdam 3 alutaciniatos, vel lunatos 4 Setina 5 Aggrius agrum 6 panis 7 Manij 8 al. per]

pag. 171

facta: vt Accius in Hellembus. Signa ex templo canere, ac tela ob moenia offerre imperat. Significat etiam officia. Plautus in Neruolaria. Prohibentq̄ moenia alia, vnde ego fungor mea. Murinam genus . . . ¶ Manuos in carminib. sacular. Aelius Stilo significare ait bonos: & Inferi

di, ¶ Manes pro boni dicuntur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, vt immanes quoq. pro valde . . . dicuntur, ¶ Mulcerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum. ¶ Mepalia casa Poenicae appellantur in quibus q̄a nihil est secreti, solete solute uiuentibus obici id vocabulum. Cato Originum libro quarto. ¶ Mapalia vocantur vbi habitant: ea quasi cohortes rotundæ sunt. ¶ Metalli dicuntur in lege militari quasi mercenarij. Accius Annali. XXVII. Calones, famulij, metallij, caculaeq. quo genere hominum Cæcilia familiae cognomē putat dictum. Quod est

¶ Manum & mentum, prouerbium est ex Graeco dictum, quod est, ἀλλὰ μεταξὺ ἀείκει καὶ λυγροί, καὶ χαλκός ἀκρον. Calchantem vitis ferentem quidam augur vicinus præteriens dixit errare: non enim ei fas esse nouum vinum. ¶ Minusculæ quinquatrus appellantur Idus Iun. quod is dies festus est tibicinum, qui colunt Mineruam. cuius deæ proprie festus dies est Quinquatrus mense Martio. Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto, cuius milites in farca sunt posita tabella varicosius onera sua portare assueuerant.

[1 Strabo 2 al. fangar 3 al. non bonis 4 metelli 5 metellij. 6 superposita]

pag. 172

SEX. POMPEI FESTI  
LIBER XIII. INCIPIIT

¶ Mulus . . . : ea sterilis sit, quam mulus. vel quod vt mulus non suo genere sed equis ortus; sic ea Solis, non suo fulgore luceat.

¶ Murtae deæ sacellum  
¶ Martius mensis initium anni fuit & in Latio, post Romam conditam, quod eo genus erat bellicosissima, cuius rei testimonium est, quod posteriores menses, qui annum finiunt, a numero appellati vltimum habent Decembrem. ¶ Malo cruce, masculino genere cū dixit Gracchus in oratione, quae est in P. Popillium posteriorem? tam repraesentauit antiquam consuetudinem, quam hunc frontem, atq. hunc stirpem idem antiqui dixerunt, & rursus hanc lupum, hanc metum. Item cum idem in Pompilium & matronas ait. Eo exemplo instituto, dignus fuit qui malo cruce periret

. . . & improbum, qui assidue in litibus moraretur: ob eamq. causam in ordine staret aduentum Praetorem. At Aelius Stilo, qui minime ordine viueret. . . in ea oratione, quam scribit de suis virtutibus contra Thermum. Quid mihi fieret, si non ego stipendia (in ordine) omnia ordinarius meruissem semper? sunt quidam etiam, qui manipularem, quia infimi sit ordinis, appellatum credant ordinariū. ¶ Ornatus dicitur, & bonis artibus

instu-

instructus, & honores adeptus a populo: etiam  
 [1. A vehiculo lunae adhibetur quod tam 2. ea 3. posteriore,  
 4. Populium & Marathonem 5. Hec cum sine pag. 32. con-  
 iungenda sunt. 6. A. M. Cato.]

pag. 173

bene aptus, vt miles, aut gladiator; & acturus  
 fabulas. Atq. & ornatus dicitur cultus ipse, quo  
 quis ornatur vt cum dicimus aliquem tragico vel  
 comico ornatu prodire

¶ Orestiaes nymphæ; monitum cultrices

¶ Ordo sacerdotum æstimatur deorum a<sup>2</sup>  
 maximus quisq. Maximus videtur Rex, dein Dialis,  
 post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto  
 Pontifex maximus. Itaq. in solis<sup>2</sup> Rex supra om-  
 nis accubat. Licet<sup>2</sup> Dialis supra Martialem, &  
 Quirinalem Martialis supra proximum. Omnes  
 idem<sup>2</sup> supra Pontificem. Rex; quia potentissi-  
 mus. Dialis, quia vniuersi mundi sacerdos qui  
 appellatur Dium. Martialis, quod Mars condito-  
 ris vrbis parens. Quirinalis. socio imperij Roma-  
 ni Curibus ascito Quirino. Pontifex maximus, q<sup>2</sup>  
 iudex atq. arbiter habetur rerum diuinarum, huma-  
 narumq. ¶ Ordini est rei principium facere, vnde  
 & rogæ vocantur exordia<sup>2</sup>. ¶ Opæa vocantur vm-  
 brosa. ¶ Opalia dies festi, quibus supplicatur Opi,  
 appellantur; quorum alter

¶ Optu-  
 tu, quasi optuutu, a verbo, quod est tuor; & si-  
 gnificat video. ¶ Optatam hostiam, alij optimam  
 appellant eam, quam Aedilis tribus constitutis ho-  
 stis optat; quam immolari velit. ¶ Opima spolia  
 dicuntur originem quidem trahentia ab ope Satur-  
 ni vxore, quod ipse agrorum cultor habetur, no-  
 minatus a saty, tenensq. falcem effingitur, quæ  
 est insigne agricolæ. Itaq. illa quoq. cognomina-

[1. maiestate, vt 2. al. in conuictis solus, 3. scilicet 4. item  
 5. al. exordia.]

pag. 174

tur Consua, & esse existimatur terra. Ideoq. in  
 Regia colitur à P. R. quia omnes opes humano ge-  
 neri terra tribuat; ergo & opulenti dicuntur terre-  
 stribus rebus copiosi; & hostiæ opimæ præcipue  
 pingues; & opima magna & ampta. Vnde spo-  
 lia quoq. quæ dux P. R. duci hostium detrahit;  
 quorum tanta raritas est, vt intra annos paulo-  
 trina con-  
 tingerint nomini Romano. vna, quæ Romulus de  
 Acrone; altera, quæ Consul Costus Cornelius de  
 Tolumnio; tertia quæ M. Marcellus Ioui Fere-  
 tio de viridomato<sup>2</sup> fixerunt. M. Varro ait opima  
 spolia esse, etiam si manipulari miles detraherit;  
 dummodo duci hostium.

non sint. Ad ædem Iouis Feretri poni testimonia  
 esse libros Pontificum; in quibus sit. Pro primis  
 spoliis bouem<sup>2</sup> pro secundis solitaurilib. pro ter-  
 tijs agno publicæ fisci debere; esse etiam compelli

reges<sup>2</sup> legem opimorum spoliatorum talem. Cuius  
 auspicio classe procincta opima spolia capiuntur,  
 Ioui Feretrio dari oporteat, & bouem cæditos  
 qui cepit aris. e. c. secunda spolia in Martis aram  
 in campo, solitaurilia vtra voluerit, cædito. ter-  
 tia spolia Ianui<sup>2</sup> Quirino agnum marem cædito.  
 e. qui ceperit ex acre dato; cuius auspicio capta  
 dis piaculum dato. huius adis lex nulla extat, neq.  
 templum habeat neq. scitur. Vt qui optima le-  
 ge fuerint<sup>2</sup> adici solet, cum quidam magistratus  
 creantur

¶ Obscum duas diuersas, & contrarias significatio-  
 nes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo si-  
 [1. Viridomara, 2. boue. 3. Pompili regis 4. Iano 5. necno-  
 6. suant.]

pag. 175

gnificari sacrum, quo et leges sacrae obsecrae<sup>2</sup> di-  
 cuntur, & in omnibus fere antiquis commentarijs  
 scribitur Opicum pro Obsco, vt in Titini fabula  
 quinta. Qui obsce & Volsee fabulantur, nam latine  
 nesciunt. a quo etiam verba impudentia, & elata  
 appellantur obscena, quia frequentissimus fuit  
 vltus Obscis libidinum spurcarum. Sed eodem etiam  
 nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui  
 soliti produntur Augures a<sup>2</sup> Romani. ¶ Obigitat  
 antiqui dicebant, pro ante agitat; vt obambulare.

¶ Obinunt, Obeunt. ¶ Obiurare antiqui pro aditu  
 ponebant, vt est in

Pentefilea. Formida-  
 bant obiurare

¶ Ob vos sacro, in quibusdam precatationibus est,  
 pro vos obsecro, vt sub vos placo, pro supplico.

¶ Opportune dicitur ab eo, quod nauigantibus ma-  
 xime vtilis, optatiq. sunt port<sup>2</sup>. ¶ Obherbescere, her-  
 bam increfcere.

¶ Oboritur, nascitur. nam præpositionem ob, pro  
 ad, solitam poni, testis hic versus. Tantum gaudium  
 oboriri ex tumultu maximo. & Ennius. Ob Ro-  
 mam noctu legiones ducere cepit. ¶ Obnectere, o-  
 bligare, maxime in nuptiis frequens est. ¶ Obser-  
 uasse dicitur, qui obseruat quid, cuiusque cau-  
 sa facere debet. Itaque bis<sup>2</sup> obseruat, coluisse ali-  
 quem dicitur. ¶ Ommentans, Liius in odyssæa  
 quom ait, In Pylum aduenies, aut ibi ommen-  
 tans, significat obmanens, sed ea significatione, qua  
 sæpe fieri dicitur, id enim est mantare. ¶ Ops an-  
 tiqui dicebant, quem nunc opulentum, vt testimo-  
 nio est, non solum ei contrarium inops

[1. al. sacratae obsecrae al. obscitæ. 2. a publici populi. 3. is, qui.]

pag. 176

concedit. ego egens exortus sum. ¶ Obsidionalis co-  
 rona est; quæ datur imperatori ei, q. obsidione libe-  
 rauit ab hostibus obsessos. ea fit ex gramine viridi  
 fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. herbæ  
 autem victoriæ signum fuisse apud antiquos alij  
 quod<sup>2</sup> exemplis docuimus. Quæ corona magnæ  
 auctoritatis fuit. nam & P. Decio data duæ sunt.  
 vna, ab exercitu vniuerso; altera, ab his qui fu-  
 runt in præsidio obsessi; & L. Sergio<sup>2</sup> Dentato, qui  
 h. j.

Achilles Roma existimatus est: ac fertur centies & vicies p rep. depugnasse. coronis donatus. xxv i. in his aureis v i i i. ciuicis x i i i. muralibus tribus. obsidionali vna. Inter obsidionalem, & ciuicam hoc interesse, altera singularis salutis signū est: altera, diuerforum<sup>2</sup> ciuium seruatorum. ¶ Obsitum Cloatius, & Aelius Stilo esse aiunt violatum attractumq. de caelo. Cincius quō, <sup>4</sup> qui deo deeq. obstiterit, id est qui viderit qd videri<sup>6</sup> nefas esset. ¶ Obsinatio, obfirmatio, perseveranti, vt tenere possit, vt Pacuuius, obstinati exortus. vt Accius in Amphitryone. Vt tam obstinato animo cōsilius tuo. Caro in Q. Terminus de. X. hominibus. Rumorem, fama floccificat capitas<sup>7</sup> stupris, obstinatus insignib<sup>9</sup> flagitiis. Neuius in Lycurgo. Vos qui astatis obstinatis. ¶ Obsrudant, oblarulens, ab auide truedo<sup>9</sup> eyngilam, <sup>9</sup> non fumendo cibum. Vnde & obsrudulentum

dixit Titinius. Obsrudulenti aliquid, quod peccatam sedens: aut luculentaster, <sup>10</sup> aut formaster frigidus. ¶ Obsidium, tanq̄ praesidium, subsidium, recte dicitur. cuius etiam auctor. C. Laelius pro se apud populum. Vt in<sup>11</sup> nobis terra mariq. simul obsidium

[i aliquot 2 Sicinis 3 vniuersorum 4 eius 5 qui deo, qui dea 6 al. videre 7 al. capitis 8 al. truedo 9. ginguem 10 al. hic lataster, xi vti.]

pag. 177

facerent. Et Sallustius historiarum. I. Magnis operibus<sup>2</sup> perfectis<sup>2</sup> obsidium coepit per L. Catilinam legatum. ¶ Obsitum, obliquum. Ennius. L. Xvi. Mōtib<sup>3</sup> obsitris, obstantibus, vnde ositur nox. & in L. Viii. Amplius exaugere obstipolumve<sup>2</sup> solis. Cæcilius in imbro. Resupina obstito capitulo sibi ventum facere cunicula<sup>4</sup>. Lucrætius. Omnia mendose fieri, atq. obstita necesse est. ¶ Obsalutare, offerre salutandi gratia dicebant antiqui, vt consalutare, persalutare. ¶ Obuaricator dicebatur, qui cuiuspiam obcurrerebat, quo minus rectū iter cōficeret. ¶ Oufentina tribus initio causa fuit nomē fluminis Oufens, quod est in agro Priuernate mare intra<sup>6</sup> & Taracina. Lucretius. <sup>7</sup> Priuerno Oufentina venit, fluuiog. Oufente. postea deinde a Censoribus alij quoq. diuersarum ciuitatum eidem tribui sunt ascripiti. ¶ Oscillum Santra dici ait, quod oscillent, id est inclinent, præcipitesq. afferantur. <sup>8</sup> Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod os cælare sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus vtebatur. Causa autem eius iactationis proditur Latinus rex, qui prælio quod eis<sup>9</sup> fuit aduersus Mezentium Caritum regem nusquam apparuerit, iudicatusq. sit Iupiter factus Latiaris. Itaq. (scit eius<sup>10</sup> dies feriatos liberos, seruosq. requirere eum non solum in terris, sed etiam qua videretur cælum posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandam vitæ humane, in qua altissima ad infimum interdum, infima ad summum efferuntur. atq. ideo memoriam quoq. redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactisq. alimentum, quia per eos dies feriarum, & oscillis moueantur, & lactata potione

[i al. opiq. 2 al. profectis 3 obfipotumine 4 al. C. Licinius 60

Imbrox 5 tuniula 6 al. inter mare, & 7 al. Lucius. 8 effervantur. 9 al. ci 10 al. per sex eos f. scilicet eos.]

pag. 178

vtantur. nec desunt qui exemplum Græcorum secutos putent Italos, quod illi quoq. iniuria interfecto Icaro, Erigone filia eius dolore impulsâ suspensione periisset, per simulationem

¶ Ostentum non solum pro porteto poni solere, sed etiam participialiter testimonio est Pacuuius in Medo. Atq. eccum in ipso tempore ostentum senem. & Accius in Bacchis. Præsens præsto irrideris nobis stipe

ultro ostentum obtulit. ¶ Oscinum tripudium est, quod oris cantu significat quid pottendicum cecinit coruus, cornix, noctua, parra picus. ¶ Obsitiner dicebant antiqui, quod nunc ostendit; vt in veteribus carminibus. Sed iam se caelo cedens<sup>1</sup> aurora obstinet suum patrem. ¶ Oscines aues Ap. Clodianus<sup>2</sup>

esse ait, quæ ore canentes faciant auspiciū, vt coruos, cornix, noctua. aut<sup>3</sup> quæ alis ac volatu; vt buteo, sanqualis, aquila, immisulul, vulturius. picam aut<sup>4</sup> Martius, Feroniusque, & parra, & in oscinibus, & in alitibus habentur. ¶ Ostiam vr̄bem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidisse, & feminino appellasse vocabulo fertur. q̄ siue ad vr̄bem, siue ad coloniam, quæ postea condita est, refertur. Quod neutrum certe

plura . . . ferri non debet. ¶ Osculana pugna in puerbio, quo significabatur victos vincere, quia in eadem & Valerius Lauius imperator Ro. a Pyrro erat victus, & breui eūdem regem deuicerat. Sulpicius. . . . item Imperator noster. eius rei meminit Titinius hoc modo. Hæc quidem quasi Osculana pugna est . . . .

secus, quia in fugere polsi hinc spolia colligat. Signi

[i al. candens 2 al. Claudius 3 aliter 4 Picus aut.]

pag. 179

ficatur etiam osculo lauium, vt Plautus in Neruolaria. ¶ Osculum fat est mihi

qui ambo<sup>1</sup> mi pater; quod inter cognatos, propinquosq. institutum ab antiquis est, maximeq. feminas

¶ Optima lex<sup>2</sup> a . . . . in Magistro populi faciēdo. qui vulgo Dictator appellatur, quam plenissimum potest ius eius esse significabatur, vt fuit Mani Valrij. M. F. Volusina gentis<sup>1</sup> qui primus Magister a populo<sup>4</sup> creatus est. propter<sup>5</sup> quam vero prouocatio<sup>6</sup> ab eo magistratu ad populum dicta<sup>6</sup> est, quæ ante non erat, desitum est adici; vt optima lege, vtpote imminuto iure priorum Magistrorū. ¶ Originum libros quod inscripsit Cato, non satis plenū titulum propositi sui videtur amplexus, quando prægrauant ea, quæ sunt rerū gestarū P. R. ¶ Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. his<sup>7</sup> adiutor dabatur centurioni à Trib. Militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permittū est optare. etiam nomen ex facto sortitus est. Plautus in Afinaria. Qua me, qua vxorem, qua tu seruum Sauream potes, circūduce, aufer, promitto tibi non

obfu-

obfururum si id effeceris tibi, optionē sumito Leonidam. Obsidionem potius dicendum esse, quam obsidiū, adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone quom ait. Scibas natum ingenuum Aiace, cui tu obsidionem paras. Item alio loco. Hector, qui haud cessat obsidionem obducere. Orare antiquos dixisse pro agere; testimonio sunt, q̄ & oratores, & hi qui nunc quidem legari, tunc vero oratores, qui reip. mandatas partis agebant. Ennius quoq. quom dixit in l.j. Annalium. Facere vero

[1 amabo 2 cum dicebatur 3 Volusi N 4 populi 5 post al. data 6 is

pag. 180

quod tecū scibus pater orat. Oscos quos dicimus ait Verrius Oplos ante dictos. teste Ennio, quom dicat, De muris rem gerit Oplos. Adicit etiam, q̄ stuprum inconcessa libidinis obscena dicantur, ab eius gentis consuetudine inducta. q̄ verum esse non satis adducor, quom apud antiquos omnes fere obscena dicta sunt, quae mali ominis habebantur. ut illa Virgilij testimonio sunt, ut superiorū auctorum exempla referre non sit necesse, quom ait. Harpyias obscenas volucres. & Obscenamq. famem. Ob praepositione antiquos vios esse p̄ ad. testis est Ennius, quom ait. LXIII. Omnes occisi, obscensiq. in nocte serena. id est, accensi. et in Iphigenia, Acherontem adibo vbi mortis thesauri adiacent. Eiusdem autem generis esse ait obferre, obrulit, obcurrit, oblatu; obiectus: mihi non satis persuadet. Ostentum, quo nunc utimur interdum prodigij vice, quin participaliter quoque dici solitum sit, non dubium. facit etiā C. Gracchus de legibus a se promulgatis, quom ait. Quod vnum nobis in ostentum, ipsis in vsum adportatur. Occisitantur, saepe occiduntur. sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium. Homines liberi nunc in oppido occisitantur. Obsunt, ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, que est de lege Minucia, quom ait. Mirum si quid his iniuria sit, semper eos obsunt. quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quom dicimus, semper perosi. Ostende, ostendant; ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est. Optionatus, ut Decurionatus. Pontificatus dicitur, ut Cato in ea, quam habuit apud equites. Maiores seorsum, atque diuersum pretium

[1 al. ducenti 2 al. obibo 3 al. obiacent]

pag. 181

parauere bonis, atq. strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosq. honores. Ob os, ad os significat. Item ut superioribus quoque exemplis testatus est. Obsonitauere, saepe obsonare. Cato in suasionē (de lege orchia derogaretur. Qui antea obsonitauere: postea centenis obsonitauere. Significat autem conuiuia. Ostentans, saepe ostendens gloriae causa. Sed & participaliter id & dici debet, & dictum est feminino genere. Quibus duabus multabatur apud antiquos in minoribus delictis, ut in maioribus amb. nec hūc vltra numerū excedebat multatio: q̄ posteaq̄ aere signato. uti ciuitas coepit, pecoraq. multatitia inu-

ria corrūpebatur vnde et peculatus crimē vsurpari coeptum est, facta aestimatio pecoralis multa, & boves ceteris assibus, oues denis aestimate. Inde suprema multa, id est maxima appellatur tria millia aris. Item vinceis minoribus delictis. Oliuam antiqui dicebant, quom olea cogebatur: ut messem cū frumenta: aut vindemiam, quom vvas. quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum eius significationis causa haberemus. quā vis quidam obliuitem meam dicant. Oppidorum originem optime refert Cato. Cicero lib. 1. de gloria, eamq. appellationem vsurpationē appellatam esse existimat, quod opem darent adiciens, ut imitetur inertias Stoicorum. Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictū Vragū, q̄ & v, littera sonum per o, efferebant: per e, littera formam nihilominus, g, vsurpabant. Sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus; nisi q̄ his deus maxime nos vrgeat. Obmoueto, pro admoueto di

[1 testatum 2 ne legi Orchiae derogaretur 3 xxx bob. 4 vices 5 al. colligebatur 6 al. nullam 7 al. causam 8 al. oluinitis 9 al. ineptias 10 Vrgum 11 is.]

pag. 182

cebatur apud antiquos, ut alia: quae relata sunt. Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. At Veranius coriola existimat, quae sunt in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quae ab offendendo dicatur. nam quom ad mentum peruentū sit, offendit mentū. Oliuātū Antistius Labeo ait esse mensurae genus. Occultū offerre, significat sub terrā fere ponere. Obiacuisse antea iacuisse. Praeceptat, in saluari carmine est, saepe praecipit. Pa pro parte; & po, pro potissimū positum est in saluari carmine. Promeneruat item, pro moner. Pradotio, praecoptat. Prospice, prospice. Pennis, pennis, ut Calmenas dicebant, pro Camenis; & Caenas pro canis. Polteo, pro vltiore. Polet: pollet: quia nondū geminabat antiqui consonantis, Plissima, plurima. Preter tremonti praemunt pe. Perfures, perstringas. Prometion praecipuum, praeter ceteros merium. aut pro medium hoc est participatū: aut pro indiuiso dicimus. Prouicio es, prius id est singulari. Petilam suram; siccam, & substrictam vulgo interpretatur. Scauola ait vngulam albam equi ita dici. Pilūnoe poploe in carmine saluari, Romani, velut pilis vti assueti: vel quia praecipue pellant hostis. Praepetes aues quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciant praeteruolantes. alij q̄ aut ea, quae praepetamus indicent, aut q̄ praeteruolēt, aut ex Graeco tractū putant, q̄ ante cōspectum volent nostrum. inepte. s. ex praepositione Latina cōponētes & Graeco vocabulo. ceterum poetae promiscue omnis aues ita appellant. Pilare, compilare. sunt qui Graeca originis

[1 al. Oliuatum 2 al. populo 3 al. Poefnis 4 al. Poemis 5 al. Plissima 6 al. perstringas 7 al. promerion 8 al. medio 9 al. vlt 10 prius loes.]

pag. 183

Picati appellantur quidam, quorum pedes formati

hij

sunt in specie sphingum: quod eas Dorificas vocat. Petulantes, & petulci etiā appellantur qui proteruo impetu, & crebro petunt laedendi alterius gratia. Ver. in iv. Geor. Neq. oues, hoediq. petulci floribus insultent. & Cornigeras norunt matres u. . . .

agniq. petulci. Et Afranius in Ida. Nost<sup>r</sup> m in concunentum, aut confessum ludum, lapsumq. petulcum. Interdum pro veloce vsi videntur antiqui, vt hoc versu intelligi potest. Exiuit quasi petulcus quida, pedibus <sup>4</sup> conuibravit. Petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit L. X. I. Alte delata, ceterisq. <sup>2</sup> ingentibus tecta, & Leuius <sup>3</sup> in Centauris. Vbi ego lape petris. alterum manufactu, vt docet Aelius Gallus. petra est, qui locus <sup>4</sup> dextra ac sinistra fornicem expletarusque <sup>5</sup> ad libramentu summi fornicis. Petisere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt laessere, & inessere. sed vt mihi videtur, quom significabant saepius petere, vt petesant, saepius petant. Petrones rustici fere dicitur propter vetustatem, & quod deterrima quaeq. ac praeuuptus . . . iam agri petrae vocantur, vt rupices idē a rupicis. Petauristas Lucilius a petauro appellatos existimare videtur, quō ait. Sicuti mechanici, cū alto exiliure petauro. At Aelius Stilo q<sup>1</sup> i aere volent, cum ait. Petaurista proprie Graece, ideo q<sup>2</sup> his <sup>3</sup> *πεδοις αιερα πεταται*. Petoritū, & Gallicū vehiculū esse & nomē eius dictū esse existimāt a numero iiii rotarum. alij Osce, q<sup>4</sup> hi quoq. petora quattuor vocent alij Graece. sed *περιλαωις* dictum. Petimina in his <sup>5</sup> iumentorum vlcera, & vulgo appellant, & Lucilius

[1 al. pediculus. 2 petrisque 3 i. leuius 4 al. que Iouis 5 al. expletura est 6 a rupibus 7 is 8 al. humeris.]

pag. 184

meminit quom ait. Vt petimen naso, aut lumbos ceruicibus tangat. eo nomine autem, & inter duos armos suis q<sup>1</sup> est, aut neptos, <sup>2</sup> solitu appellari testatur Naeuius in descriptione sullae <sup>3</sup>, quom ait. Petimine piscino qui meruerat. Pennas antiquos fertur appellasse peenas ex Graeco, quod illi *πεπλωι* ea, quae sunt volucriora <sup>4</sup> dicant. Item eadē pennis, vt caelinas. Pictor Zeuxis risui <sup>5</sup> mortuus, dum ridet effuse pictam a se anum *περευν*. cur hoc loco relatam sit a Verrio, cum de significato verborum scribere propositum habuerit, equidem non video, cum versiculos quoque (adhareret tulerit & inepatos pati, sed nullius pratoris <sup>6</sup> praetexto nomine: qui tamen sunt hi. Nam quid modi facturus risu deniq. <sup>7</sup> nisi pictor fieri vult, qui risu mortuus est. Picta quae nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaq. erat sine pictura. eius rei argumentum est pictura in aede Vertumni, & Cōsi, quarum in altera M. Fuluius Flaccus, i altera T. <sup>8</sup> Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. Tunica autem palmeta a latitudine clauorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur. Impetum, industrium, indulgentem perinde composita esse ait Verrius, atq. impune, & immunis, mihi non satis persuadet.

Pierati redem consecratam ab Acilio aiunt eo loco, quo quondam mulier habitauerit, quae patrem

suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit. ob hoc factum, impunitus <sup>9</sup> ei concessa est. Picum auem quidam dictum putant a Pico rege Aboriginum, quo dissolutus sit <sup>10</sup> . . . . .

Piscatorium aes vetusto more appellatur, quod in [1 al. pectus 2 al. sullae 3 al. volucris 4 risu 5 ea de veterarie, & ineptos satis, & nullius pretij 6 fl. 7 Acilio 8 impunitas 9 a quod is solitus eo vti.]

pag. 185

monte Albano datur pro piscibus. Pedam vestigiū humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inueniri solet. Pefcia in siliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellib. agninis facta, quod Graeci pelles vocent pefce neutro genere pluraliter. Pestiferum fulgur dicitur, quo mors, exiliumve significari solet. Pifalite appellat Naeuius Pantaleontem, id est Pifis oriundū tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur. Pedibus obstrum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat hoc modo. Rus detrudetur pedicosus, squalidus. Pedes autem pro pediculis. sic Plautus refert in Curculione. Item genus <sup>2</sup> inter homines meo quidē animo, vt musca, culices, cimices, pedesq., pulicesq. & Linius in gladiolo. Pulices ne, an cimices, an pedes, respōde mihi. & Lucilius. Vbi me vidit, caput scabit, pedes legit. Pefestas inter alia quae (si) inter precationem dicuntur, <sup>3</sup> cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, vt intelligi ex ceteris possunt, quom dicitur. Auertas morbum, mortē, labem, nebulam, impetiginem. Pedum baculi genus incuruum, vt Virg. in Buc. quom ait. At tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret. Pedem struit in xii. significat fugit, vt ait Ser. Sulpicius. Pifitum pisendo perpolitum <sup>4</sup> antiqui frequentius vsurpabant, quam nunc nos dicimus. Pedarium Senatorem significat Lucilius quom ait. Agipes vocem mittere coepit. qui ita appellatur, quia tacitus transeundo ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat, indicat. Piscatorij ludj, vocantur, qui mense Iunio trans Tiberim fieri solent pro quaestu piscantium. Piscinae publicae ho-

[1 a al. est lenonium 2 f al. interpretatores dicunt imprecatores 3 al. a pisendo perpolitum.]

pag. 186

dieq. nomen manet, ipla nō extat. ad quam & nata tum, & exercitationis alioqui causa veniebat populus. Vnde Lucilius ait. Pro obtuso ore pugil, piscini ensis reses. Pectenatum testum dicitur a similitudine pectinis in duas partes diuisum, vt testudina tum in quattuor. Piari eos velut proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint animati, cū mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo. Pignora, pignora eo modo, quo Valesij, Aufelij, pinosi, palisi <sup>1</sup> dicebantur.

Pectuscum Palati dicta est ea regio Vrbs, quam Romulus obuersam posuit, ea parte, in qua plurimū erat agri Romani ad mare versus, & quia <sup>2</sup> mollissime adibatur vrbs. cum Etruscorū agrum a Romano Tiberis discluderet ceterae vicine ciuitates colles aliquos

aliquos<sup>1</sup> haberent oppositos. Pecularis est nunc quidem quaecumq. publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoq. ipsa. Iam<sup>4</sup> etiam noxij<sup>5</sup> pecore multabantur, quia neque aëris adhuc, neque argenti erat copia. Itaque suprema multa etiam nunc appellatur. Piacrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alij sagam, alij expiaticem vocant, & piaceta, quibus vitur expiando, alij purgamenta. Piacularis porta appellatur propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant, vel, ut ait Cloatius, cum ex sacro<sup>6</sup> per aliquem piaculo soluitur, ut aliqua piandi propitiandiq. causa immolatur. Pigerere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet. Pangerere, figere, unde plantae pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco

[Pinas. Papis. 2 qua 3 a iquos 4 Nam 5 noxiae 6 cum sacro.]

pag. 187

in alium transfertur, at commutatur, quod aliud pro alio substituitur. Sed ea iam confuso in vsu sunt. Pierides Musae propter amoenitatem, ac solitudinem Pierij montis dictae videntur, quod esse secretis locis propter studia liberalia delectentur. Percontatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico vsu, quia conto percontant, cognoscuntq. nauigantes aquae altitudinem, ob quam causam ait Verrius etiam secundam syllabam per. o. solere scribi, mihi id falsum videtur: nam est illa percunctatio, quod is, qui curiose quid interrogat, percunctari sit<sup>2</sup> ut recte per v. literam scribatur. Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut seruus, aut hostis sui<sup>4</sup> voluntate ad hostes transferit, qui idem dicitur transfuga, quanquam sunt, qui credant perfugam esse, non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. Perfacul antiqui, & per se facul dicebant, quod nunc facile dicimus, inde permansit in consuetudine facultas. Peremptalia fulgura Graccus<sup>5</sup> ait vocari, quae superiora fulgura, ut<sup>6</sup> portenta vi sua peremant duobus modis, prioribus tollendis: aut maiore manubia, ut tertia secundae, secunda primae cedat, nam ut omnia<sup>7</sup> superentur fulgure, sic ictum fulgur manubiis vinci. Perediam & bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Peremere Cincius in lib. de verbis priscis ait significare idem, quod prohibere, at Cato in li. qui est de re militari pro viciare vsus est.

Tabem eam, quae faceret tabescere apud antiquos

[1 quot 2 a. eae 3 per cunctas res, 4 sua 5 Granus 6 aut = mina]

pag. 188

vsurpatum. Sallustius quoque frequenter, ut in Catilina, cum ait, uti tabes plerumq. civium animos inuaserat, & in li. iv. historiarum, Quiquidem mos, ut tabes in Urbem coierit<sup>1</sup> & Coruinius<sup>2</sup> pro Liburnia. Propter hanc tabem, atq. perniciem do-

mus totius. Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus vltro citro<sup>3</sup> siue priuatim, siue publice opus erat, certiores absentes faciebant, unde adhuc tabellarij dicuntur, & tabellae missae ab imperatoribus. Tagax furunculus a tangendo<sup>4</sup> cuius vocabuli Lucilius meminit. Et mutonis manum perferbere<sup>5</sup> posse tagem. Tages nomine Genij filius, nepos Iouis, puer dicitur disciplinam dedisse aruspicij duodecim populis Etruriae. Taminia vnae siluestris genus, videtur Verrio dicta, quod tam mira sit quam minium. Talus in Sabinorum nominibus praenominis loco videtur fuisse. Talentorum non vnum genus. Atticum est sex millium denarium. Rhodium & Cistophorum quatuor millium, & quingentorum denarium. Alexandrinum xii. denarium Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. Rheginum victoriati. Tanne, eo vsque, ut Aelius Stilo & Opillus<sup>11</sup> Aurelius in interpretantur. Itaq. Afranius. Tanne arcula tua plena est araneorum. Thaleae<sup>12</sup> nomen dictum<sup>13</sup> alij ab aetatis flore aiunt, alij quod earmina semper floreat. Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus lassitudine, quasi qui trahit pedes, ut talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes. Tam significationem habet, cum ponimus praepositiuam quandam, cui subiungimus quam, ut cum dicimus, tam egregium opus tam paruo pretio venisse,

[1 a. leonicus. 2 Cornificus. 3 citroque 4 tagendo 5 manupersabere 6 tagacem 7 septem. m. 8 iij. x. m. 9 v. l. m. 10 iij. m. 11 Opillus 12 Thaliae 13 esse.]

pag. 189

id est sic, ut apud Graecos quoq. *οὐραϊσμός*. Item ex contratio ei dicimus, q̄ malus Homerus, tam bonus Cherylus<sup>2</sup> poeta est. At antiqui tam etiam pro tamen vsu sunt, ut Naeuius. Quid<sup>3</sup> si taceat, dum videat, tam et sciat, quid scriptum sit. Ennius. Illae meae tam potis pacis potiri. Titinius. Bene cum facimus, tam male subimus, ut quidem perhibent viri. Item. Quanquam<sup>4</sup> estis nihili, tam escator<sup>5</sup> simul vobis cōsului. Tandem quom significat aliquando, interdum tamen ex superuacuo ponitur, ut apud Ter. in Phormione, quom ait. Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? non enim hic tempus vllum significat. At Cicero etiam duplicat temporalem significationem, cum ait. Tandem aliquando. Tauri, verbenaeq. in cōmentario sacrorum significat ficta farinacea. Tama dicitur, cum labore viae sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucilius. Inguenne existat, papulae, tama, ne boa noxat. Taenias, Graecam vocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorari, ut sit apud Caecilium in Androgyno. Sepulchrum plenum taniarum, ita ut solet, & alias. Dum taeniam qui<sup>6</sup> volnus vinciret. Ennius in Alexandro. Volans de caelo cum corona, & taniis. Accius in Neoptolemo. Decorare est satius, quam vrbem exeneis. Tædulum antiqui interdum pro fastidiosos interdum, quod omnibus taedio esset, ponere soliti sunt. Tatium occisum ait Lanius<sup>8</sup> ab amicis eorū legatorum, quos interfecerant Tinini<sup>9</sup> la-



trones, sed sepultum in Auentinienſi laureo. Quod ad ſignificationem verborum non magis pertinet, quam plurima alia, & praeterita iam, & deinceps  
[1. Chocerius 2. al. Qui 3. Quam 4. ea me caſtor 5. al. Lucretius. 6. qua 7. al. etiam 8. al. Lauinj 9. al. Tatiani.]

pag. 190

quae referentur. ¶ Taurorū ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt cum cornibus formantur; q̄ ſunt atrocia, vt tauri. ¶ Talionis mentionem fieri in xii. ait Verrius hoc modo. Si membrum rapit, ni cum eo pacit, talio eſto. neq. id, quid ſignificat indicat, puto quia notum eſt. permittit enim lex parem vindictā ¶ Tarquitas ſcalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas eſſe ait vulgo exiſtimari. ¶ Tarpeie eſſe effigiem ita appellari putat quidam in aede Iouis Metellina, eius videlicet in memoria virginis, quae pacta a Sabinis hoſtibus ea, quae in ſiniſtris manibus haberent vt ſibi darent, intromiſerit eos cum rege Tatio, qui poſtea in pace faciendā cauerit a Romulo, vt ea Sabinis ſemper pateret. ¶ Tam perit, quā extrema faba. in prouerbio eſt, q̄ ea plerumq. aut proteritur, aut decerpitur a praetereuntibus. ¶ Tapulam legem coniuualem ficto nomine conſcripſit iocoſo carmine Valerius Valentinus, cuius. m. Lucilius hoc modo. Tappulam vident legem concere opimi. ¶ Termonem Ennius Graeca conſuetudine dixit, quē nos nunc terminum hoc modo. Ingenti vadit curſu, quā redditus terminus eſt. & Hortatore bono prius, quam ſinibus terminus. ¶ Trientem tertium pondo coronam auream deſiſſe ſe Ioui donum ſcripſit. T. Quintius Diſt. . . . . quom per nouem dies totidem vrbes, & decimam Praeneste cepiſſet. id ſignificare ait Cincius in Myſtagogicon. Lii. duas libras pondo, & trientem, qua conſuetudine hodieq. vtiſſimur, quom lignum bes alterum dicimus, id eſt pedem, & beſſem latitudinis habens. & ſextertium, id eſt duos aſſes, & ſemiſſem tertium. item ſi  
[1. raiſſi. al. rapit. 2. al. etiam 3. congera 4. deſitione.]

pag. 191

tres aſſes ſunt & quadrans quartus  
 ¶ Tertium diem pro ſereno dictū ab antiquis, nec ſe habere rei auctorem ait. ¶ Terenatibus a flumine  
 . . . . . ¶ Tripudium . . . . .  
 eius in exultatione tripudiat . . . . . a terra  
 pauenda, nam pauire, eſt ferire, a quo & pauimenta id ex Graeco, quod illi παύειν, quod nos ferire  
 . . . . . mum intactus viſur . . . . .  
 ¶ Teminare, violare . . . . . & contaminare, dictum videlicet . . . . . iſtitate.  
 ¶ Teres eſt in longitudine rotundatū, quales aſſeres natura miniſtrat. ¶ Temetum, vinum. Plautus in Aulularia. Cereris Strobile has facturi nuptias? qui? quia temeti nihil allatum video. Pomponius in Decima. Non multi temeti, ſed plurimi. Nouius in duobus Doſſenis. Sequimini preminate, ſequere temeti timor. idem in Funere. Agite, exite, temulentum tollite: & in Surdo. Filias habeo temulen-

tas, ſed eccas video incedere. Afranius in Conſobriniſ. Pol magis iſtius temulentae, ſutilis. ¶ Tintinnare eſt apud Naeuium hoc modo. Tantum ibi molae crepitum faciebant, tintinnabant compedes. & apud Afranium. Oſtarij impedimenta tintinnare audio. ¶ Tributorum conlationem, quom ſit alia in capite, illud ex cenſu, dicitur etiam quoddam temerarium vt poſt Vrbum a Gallis captam conlatum eſt, quia proximis x v. annis cenſus alius non erat. Item bello Punico ſecundo M. Valerio Laeni- no, M. Claudio Marcello cos. quom & Senatus, & populus in ararium, quod habuit derulit.

¶ Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentū ferarum, quo pelles extenduntur, indeque Afranium  
[1. quadrans, 2. dicitur, 3. al. temulentiamq. 4. al. Tintinnare 5. al. aliud 6. populus 7. al. potuit.]

pag. 192

dixiſſe in Promo. Pro manibus credo habere ego illos tentipellium. Tirinium ait Verrius exiſtimare, id medicamentum eſſe, quo rugae extendantur, quom dicat. Tentipellium inducitur, rugae in ore extenduntur, quom ille ῥυτίτις dixerit. ¶ Tignum non ſolum in aedificiis, quo vtuntur, appellatur, ſed etiam in vineis, vt eſt in XII. Tignum iunctū aedibus, vineae, & concipit ne ſoluito. ¶ Tela proprie dici videntur ea, quae miſſilia ſunt. ex Graeco videlicet translato eorum nomine, quoniam illi ταν- λός, miſſa dicunt, quae nos eminus. ſicut arma ea, quae ab humeris dependentia retinentur manibus, quoniam quidem non minus in nobis eam partem corporis atum vocari exiſtimandum eſt, quam

. . . . . ¶ Tigillum, Sotorium. Vici appellari incipiunt ex agris, qui ibi villas non habent, vt Marſi, aut Peligni. ſed ex vicis partim habent remp. & ius dicitur, partim nihil eorum, & tamen ibi nundinae aguntur negotij gerendi cauſa, & magiſtri vici, item magiſtri paci quotannis ſunt. altero, cum id genus aedificiorum deſinitur, quae continentia ſunt his oppidis, quae itineribus, regionibusq. diſtributa inter ſe diſtant, nominibusque diſſimilibus diſcriminis cauſa ſunt diſpartita. tertio, cum id genus aedificiorum deſinitur, quae in oppido priuo, id eſt, in ſuo quiſque loco proprio ita aedificat, vt in eo aedificio peruium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat accessum, qui non dicuntur vicani ſicut hi, qui aut in oppidi vicis, aut hi, qui in agris ſunt, vicani appellantur.

¶ Viget dictum videtur a vi agendo, ſed non vi  
[1. al. Primo. 2. capuo 3. habentur.]

pag. 193

agendis, hoſtilibusque rebus, verum his, quae celer . . . . . concitato animo ad bonam frugem tenent.

¶ Voiscram auem, quae ſe vellit. Augures hac eandē ſucillantem appellant.

¶ Viginquinq. poenas in xxi. ſignificat viginquaque aſſes. ¶ Victimam Aelius Stilo ait eſſe vitulum, ob eius vigorem. alij autem, quae vincita ducatur ad altare.

altare: aut quae ad hostis victos immoletur. **Vestigal**, aes appellatur, quod ob tributum, & stipendium, & equestre, & ordinarium populo debetur. **Viac** sunt & publicae, & e omnibus eorum, quorum sunt priuatae . . . . . vias licet priuatae, quib. vetitum vti . . . . . praeter munimento. dionisa in lapides sunt, quae volent, iumentata agito. **Viatores** appellantur, qui magistratib. appareret. eo quia initio omnium tributum, cum agri in propinquos erant vrbis, atque assidue homines rusticabant, crebrior opera eorum erat in via, quam vrbe, quod ex agris plerumq. homines vocabantur magistratib. **Verticulas**, cum ait Lucilius, ita appellauit vertebrae. **Vernae**, qui in villis vere nati, quod tempus duce natura feturae est: & tunc rem diuinam insituerit Marti Numa Pompilius, pacis concordiaeque obtinendae gratia: inter Sabinos, Romanosq. vt vernae viuerent, ne vincerent. Romanos enim vernas appellabant, id est ibidem natos, quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, qui coniuncti erant cum P.R. Vergiliae dictae, quod eorum ortu ver finitur, aestas incipit. **Vastus** pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Accius. iam hanc vrbem ferro vastam faciet Peleus. & Pacuius.

[1. uelitercy 2. tendum. 3. al. fecilitatem. 4. ob 5. a. quas ir.]

pag. 94

Quales, scabres quod inculca vastitudine. **Ve** vctis, in prouerbum venisse existimatur, cum Roma capta a Senonib. Gallis aurum ex conuentione, & pacto adpenderetur. vt recederent, quod iniquis ponderib. exigi a barbaris querente AP. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adiecit gladium, & dixit, ve victis. quem postea persecutus Furius Camillus, cum insidiis circumuentum conderet, & quereretur contra foedus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. **Vegrande** significare alij aiunt male grande: vt vecors, vesanus, mali cordis, maleq. sanus. alij, paruus, minutum, vt quom dicimus, vegrande frumentum. & Plautus in cistellaria. Qui nisi itures nimium is vegrandi gradu. **Vecors** est turbati, & mali cordis. Pacuius in Iliona. Qui veloci superstitione cum vecordi coniuge. & Nouius in . . . . . Coactus tristimoniam ex animo deturbat & Vecordiam. **Vapula Papiria**, in prouerbio fuit antiquis, de quo Sinius Capito sic refert, tum dici solitum esse, cum vellent minantibus ibi significare se eos negligere, & non curare, feros iure libertatis. Plautus in Feneratrice. Heus tu in barbaria quod fecisse dicitur libertus suae patronae, ideo dico . . . . . liberta salue. Vapula Papiria. in barbaria est, in Italia. Aelius hoc loco, vapula positum esse ait pro dolo. Varro, pro peri. teste Terentio in Phormione. Num tu . . . . . respis verbero. & Plauto in Curculione. Reddin, an non mulierem prius, quam te huic meae machaerae obicio mastigia: Vapula ergo te vehementer iubeo, ne me terretes. **Vacerram** Aelius & alij complures vocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare. Ateius ve-

[1. Squalis scabre atq. 2. sibi 3. Vapulare ego.]

pag. 195

Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, vt sit vecors & vesanus teste L. uio, qui dicit. Vecorde, & malefica vecordia. **Vagorē** pro vagitu, Ennius li. XVI. Qui clamor oppugnantis vigore volati. Lucretius li. II. Et superatur, ite misceat funere vigor. **Valuoli** fabae folliculi appellati sunt, quasi vallioli, quia valuo facti excutiunt. **Vagulato** in L. XII. significat quaestio cum conuicio. Cui testimonium defuerit, is tertius diebus ob portum obuagularum ito. **Valgos** Opillus Aurelius, alij, complures aiunt dici, qui diuersas furas habeant. Plautus in Milite glorioso. Qui talos virtuosos maiorem partem videas vagi salis & in Silitergo; Sin ca mihi insignitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pactum, aut bocchum filium. **Viere**, alligare significat, vt hic versus demonstrat. Ibant malaci viere Veneriam corollam, vnde vimina, & vasa viminea, quae vincuntur ligata. **Vermina** dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu quasi a venis. seindantur. hic dolor Graece *σπασμο* dicitur. **Veruta**, pila dicitur, quae habeant praefixa. Ennius L. X . . . . . cursus quingetos saepe veruti. **Vruat**, Ennius in Andromeda significat, circumdat, ab eo sulco, qui fit in vrbe condenda vrui aratri, quae sit forma simillima vicini a curuatione buris & dentis, cui praefigitur yomer. ait autem. Circum sese vruiat ad pedes a terra quadringentos caput. **Vngulus** Oscorum lingua anulus, vt . . . . . si quid monumenti nacta est, qui eorum requireret, est vngulus quem ei detraxit ebrio. Pacuius in Iliona. Repugnanti ego porro hunc vi detraxi vngulum, & in Aetantia Su-

[1. malefice, vacerra. 2. fracti 3. al. verua.]

pag. 196

spensum laeuo brachio ostendo vngulum. **Vnciarial** lex appellari coepta est, quam L. Sulla, & Pompeius Rufus tulerunt, qua sanctum est, vt debitores decimam partem dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, vt Ennius cum ait. Cum illud, quo iam semel est imbuta veneno. **Ventabant** dixisse antiquos verisimile est, cum & praepositione adiecta aduentabant. V. ut upum est, vel . . . . . quod Graeci *ven* dicunt. **Venditiones** dicebantur olim Cenforu locationes; quae velut fructus publicorum locorum veniebant. **Viminalis** & porta & colli appellatur, quae ibi viminum fuisse videtur silua, vbi est & ara Ioui Viminio consecrata. **Vindex** ab eo quod vindicat, quominus is, qui pressus est, ab alio teneatur. **Vineae**, vt Verrius praecipit, quod vino feraces sunt, etiam militares quaedam machinationes a similitudine appellantur. **Viuarus** & viuudus a poetis dicitur a vi magna. **Vindiciae** appellantur res eae, de quibus controuersia: (quod potius dicitur ius, quia fit inter eos, qui contendunt.) Cato in ea, quam scribit. L. Furio de aqua . . . . . Praetores secundum populum vindicias dicunt. Lucilius. Nemo hic vindicias, neq. sacra. ne-

h. iiij.

